eidem omnia inscribit et obligat praesens. Illum Terminum primum
peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem ter-
minos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori, minorennita-
te successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad
munimenta ad Quaesitorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo, Ad Quietationem ultra proximos Officij prae-
fati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo
nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac
praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis evasionibus suspen-
sionibus, fatalijs Iuris praescriptione terrestri, bello Conventioneque
ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitio-
ne ad praemissa omnia mediante.

Item eidem Roāt et Statuet

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Praemysliensibus Generosus Albertus Dunikowski sanus mente et corpore
existens, à Terrenis Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum succes-
soribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan-
do, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum reco-
gnovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis
inscribit et obligat praesentem, suo et Generosae Sophiae Tyrawska Matris suae
pro Cuius rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine, Scri-
ptum certum manuale per eandem Generosam Matrem suam seque Recogno-
scentem in rem et manus Generosi Stanislai Gorski, ratione certarum rerum
et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data illius Prae-
mysliae die hodierna in actu contenta comprehensis et conscriptum Datum
manibus tam praefatae Matris suae quam sui Recognoscentis propria subscriptio-

in omnibus

in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus in universum omnibus, eidem Gnoso Stanislao Gorski ipsiusq posteris firmiter tenere complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem Roborationem, ad praedictum scriptum Manuale Vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summo Mille Trecentorum florenorum Polonicalium per eum Recognoscentem vel eius Successores, supramemorato Gnoso Gorski vel eius posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem Recognoscens Gnosus Albertus Danilowski, se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniis quibusvis habitis, et habendis, suprascripto Gnoso Stanislao Gorski eiusq posteris inscribit et obligat praesentibus, praefatam Gnosam Sophiam Grawska Matrem suam intra Decursum sex septimanarum ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roborationem vel similem suo pro Interesse faciendum, ad acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia vel in eventu Mortis Successores illius adducere et personaliter sistere, ab eaq vel eius successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere, Idq sub alio simili et speciali Vadio summo Mille Trecentorum florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascripto Gnoso Gorski vel eius successoribus ob non statutionem eiusdem Matris suae statuendae vel in Eventu mortis Successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Proquibus quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda praefataq Matre sua non statuta statuenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Albertus Danilowski, sive

eius

011

eius Successores, Ad Instantiam praefati Nobili Stanislai Terlecki vel eius posterorum, ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien, Ex tunc processu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, tempore in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, comparere respondere, Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes (ad sequendum eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemislien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac causa prosecutionem faciend, ac praemissa omnia puniri simplicibus vel implicatis evasionibus, suspensionibus, fatalij Iuris praescriptione Terrestri, Bello conuersioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terleckich Mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemyslien Nobiles Iwan Terlecki Szymkowicz Nobilis Demiani Terlecki Szymkowicz cum olim Nobili Anna Polanska Coniuge eius legitima procreatus filius ab vna, et Catharina Terlecka Nobilis Georgij Terlecki Olesnowicz cum olim Nobili Anna Piasecka procreata filia Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen recedend praesentique Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum tertium suo pro Interesse recognouit. Quia

ipsi